

390 Ne feriant jacula, quae praesens concio vibrat,
Discere percupimus celatum quod latet ulcus.[?]

Iupus.

‘Tempore, quo reges vadunt ad bella feroces,
Renibus in silvis torquetur vita leonis.
Eorte fuit causa, decaniae lege recepta,
395 Attavus eligitur, camerarius ille notatur,
Exiit edictum, silvae fera currat ad antrum,
Aegroti membris apportet quaeque salutis.
Omnes huc properant, nullum vitale ministrant,
Quod prosit capiti, cruri, ventrique pedique.
400 Est sibi commissum, peragret consortia fratrum;
An quis deficiat? crebro meditamine pensat.
Absunt a reliquis caetae medicamina vulpis.
Auribus haec regis mox infert sedulus hostis,
His pejora sonat illud quod tradere quaerat.
405 Imperat aegrotus, quicumque est fidus amicus,
Ut vulpem capiat, membratim membra resolvat.
Attavus ut novit, cruciatus mira requirit:
Arbore de celsa vulpi crux figitur alta.
Condoluit pardus confratrem de grege solus,
410 Comprehendit cursum, regis depromere jussum.
Finitis stadiis quingentis atque vicenis,
Jam prope lassescenti occurrerat obvía vulpes,
Quae vidit recitat, cruciatus nec quoque celat.
Ut nova suscepit, palmas utrasque tetendit,
415 Alfa petit simul ω , tormento solvat ab illo
Et quae vera cupit subridens irrita fingit.
Haec pardum satiat, trevirensia vina propinat.
Ut bene sunt pransi, benedicunt omnipotenti,
Nam modicum pausant, et jussa silentia servant

400 est ibi A. sibi vermute ich. 412 lassessens A.